



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

In vigilia natiuitatis x[...]. Sermo octau[us].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Sermo

iudeorum gentiliuz directa sunt. qz reliquis ydolis xpo adhe serit
et hodie quasi per totum munduz cessauit ydolatrie cultus. vñ
Ysa. 19. mouebuntur simulachra egipti id est gentiū a facie do
mini. et cor egipti tabesceat: Et aspa in vias planas: aspa vocā
tur precepta legis antiquae. Lex enim illa habebat asperitatem ti
moris et contaminationis. sed illa asperitas mutata est in plani
tatem caritatis. quia amore quo nihil leuius seruiamus dño. Ma
tixi. 11. c. Jugum meū suauē ē et onus meū leue. Qui
to ponitur manifestatio aduentus xpi: Et videbit: etiam cor
porali oculo: omnis caro: id est hm glo. iudeus et gentilis. vir
et mulier. senex et puer: salutare dei. id est chnsum de quo ps.
Notum fecit dominus salutare suū. Nota qz istud dei salutare
in presenti vita non vidit omnis homo. sed veniet illa dies no
uissima in qua omnes eū videbim⁹ qui fui⁹ ab adā vsqz ad no
uissimum hominez. vt dicit glo. in hac vita omnis homo xpm
videre non potuit sed in die iudicii in sede maiestatis et electi ⁊
reprobi pariter videbunt. et iusti remunerentur et mali in eter
num gemant. Regemus ⁊.

Dominica quarta aduentus. Sermo vii:

Anno quatuordecimo imperii tiberii caesaris procurator
ponto pylato iudeam ⁊. Luc. 3. ca. Nō habet
dies presentis officii aliud euangelium ab eo qz
helterna die recitatum est: sed illud idem etiam
hodie resumitur. et hoc forte iō sic ordinatū est
quia hri in officio cum ordinatione ecclesie instituerentur mini
stri altaris ab episcopo illud euangelium lectuz est. hodie vero
in sacris ordinati sui ministerii officium exequuntur et quoniam
vita et doctrina euangelica qua ordinati sunt bene viuendo mi
nistrare debent. ideo euangelium quod in eorum ordinatione le
ctum est. etiam hodie cum primo ministrare incipiunt ad eorum
instructionem repetitur. Alia forte causa est quia officium ordi
nationū licet fiat in sabbato ad diem tamen dñicum ordinatur.
et ideo tarde vt circa vesperez finiatur debet inchoari. vnde et
hoc etiā hodie hesternū repetitur euangelium. Tercia autē causa qz
nō potuit eps loqui hri ad pplm de euangelio ppter occupatō
nē sacre ordinationis. ideo in hodiernū diem trāstulit eandē euan
gelicā lectionē. In expositione at hui⁹ euāgelii nihil pposuim⁹ di
cere nisi qz die pcedenti diuina nobis grā reuelauit. ⁊ iō studio
saz lectionē ad supiora transmittimus.

In vigilia natiuitatis xpi. Sermo octau⁹

Septimi⁹

Um esset desponsata mater ihesu maria ioseph
anteq̄ conuenirent inuenta est in utero habens
de spiritali Mat. i. c. h̄m q̄ dicit Petrus ra
uanensis. Quātus sit de⁹ ille ignorat. qui vir
ginis mentem non stupet animū. non miratur:
pauet celum. tremunt angeli. creatura non sustinet. nam non
sufficit. et vna puella sic deum in sui pectoris capit. recipit oble
at hospicio. vt pacem conferat terris. celis gloriā. salutem per
ditis. vitam mortuis. terrenis est celestibus parentela ipsius dei
cum carne cōmercium. Dum igitur in tanta rei profunditate in
carnationis christi: et tēde. quia virgo audiens perturba
tur annūcians angelus admiratur. obtupescit celum. natura
non sustinet et ipse ioseph iustus. virginis consortium refugit.
cognoscens magnum quid esse in virgine dum talia mente re
uoluo in perscrutatione tanti misterii volo occulte dimittere vir
ginem. Sed ecce vestra efflagitat caritas. virget deuotio. et ex
poscit presentis diei celebritas. vt solemne euangeliū licet im
merito attemptemus exponere. Estimare igitur fratres vt dicit
Petrus rauenen. qua reuērenda. quo tremore nos tanto inter
esse deceat et conueniat sacramento. Leuemus ergo corda nr̄a
cum manibus ad virginem per quam velut mediatriam nobis
celestis gracia infundatur et illi dicamus Ave maria gracia ple
na domin⁹ etc.

Prima pars.

Um esset desponsata mater ihesu maria ioseph. Ap
probata fuit consuetudo antiquorū que etiā lege ca
nois confirmatur vt non statim facta desponsatione
fiat conuentio coniugum. sed prefigitur a lege ter
minus duorum mensium. Primo quidem vt dicit augustinus. libro
nono de bono coniugio Ne vile habeat maritus sponsam da
tam quā non suspirauit dilatam. Secundo vt in hoc tempe
medio preparantur: que sunt necessaria solemnitati nuptiarum.
Tercio vt infra tale tempus vterq̄ coniugum deliberet si vult
meliora vota amplecti. quale est religionis ingressus quo anima
desponsat deo. potest enim vterq̄ coniugum facere anteq̄ conue
niat etiā altero non requisito. qd̄ post conuentionē nullaten⁹ fie
ri licet. Juxta talē cōsuetudinē: Cum esset virgo desponsata Jo
seph: ante cōuentionis tps. deus pater eā elegit in sponsam. et
sacrispūs virtute virginē grauidauit. qd̄ tērens ioseph volu
it relinquere virginem. Sed angelica visione edoctus desistit a
pposito. et hec est summa p̄ntis euangeliū in quo tria tangunt.
Primum est virginis desponsate cōceptus deitatis. Secundum ē

Sermo

mentis perturbatiōe affectus dubietatis. ibi: Joseph autem vir eius: Tercium est visiōis angelice aspectus benignitatis. ibi. Nec autem eo cogitante: ppter primuz ē sciendū qd vt narrat bea. Lu. Cum virgo esset desponsata Joseph annunciate angelo concepit diuinitus. et quia angelus ei dixerat Elizabeth esse pregnantem. ideo ad illā accessit et mansit cum ea quali mē sibus tribus ministrans seniori semine pregnantī. Cum vero redisset nazareth vidit eam Joseph esse pregnantem quomā iaz effluerant tres menses effectus et tūc sic continuando sequit̄ illud quod habetur in presenti euāgelio. **B** Circa primū duo tanguntur. Primū est honesta desponsatiō. Cū esset desponsata: non tamen in concupiscencia iuncta m̄ eius. mater immaculata mater incorrupta. mater intacta. mater e⁹. mater dei vni⁹ geniti et regis omnium ⁊ plasmatoris et creatoris cunctorum: Nota quia duo magna facta s̄. Vnū qd virgo mater est. Alterum quia suū genuit factore. Vnde Orige. illa considerās exclamauit dicens. Magna admiratiōis grā. o mirabilis suauitas. O ineffabile magnumq; sacramentum: ipsa quidē virgo: ipsa et mater domini. ipsa et genitrix. ipsa eius acilla. plasmatio e⁹ quem genuit. quis vnq; illa audiuit. quis vidit talia ⁊ quis h̄ excogitare potuit. vt mater virgo esset: intacta generaret. que etiam virgo permansit et genuit. Et cui fuerit desponsata subiungit: Joseph: **C** Nota h̄m Criso. quia Joseph erat factor lignarius. ex quo apparet qd domus dauid iam quasi ex toto desererat vnde tunc christus cōcipiendus erat vt domus dauid repararetur xpo ex virgine nato de domo dauid. Querit h̄ Orige. que fuit necessitas vt desponsata esset maria Joseph. cui⁹ quōis difficultatem Ambrosius apit dicens. Latent diuina misteria nec facile iuxta ppheticum dictum quisq; hominū pōt scire consilium dei. et ideo misterium desponsatiōis virginis p̄ certo scire non possumus. adducunt tamen sancti plures causas q̄z tres Orige. adducit. Primo namq; ideo desponsata fuit quate⁹ hoc sacramentum celaretur dyabolo. Secūdo vt ille malignus populus fraudis cōmentā aduersus desponsatam virginēz nulla penitus inueniret. Tercio vt nato infanti vel ipsi virgini Joseph sponsus videretur curam gerere. Ambrosi⁹ vero sup. Luc. sex alias causas adducit. Primo em̄ desponsata fuit ne diceretur qd cōceperit ex adulterio. maluit enim dominus aliquos de sue ceteris q̄ de matris pudore dubitare. Secūdo ne relinqueretur virginibus sinistra opinio ⁊ viuētibz velamen excusatiōis super infamatiōe matris domini. possent enim excusare se. et qd ma⁹

Octauus

domini falso crimine infamata est. Tercio ne excusarent se iudei
q̄ natum ex adulterio persequerentur. Quarto ne videretur in
iuriari legi ipsa soluens. in qua partus inupte damnatur. Quinto
ad testimonium pudoris virginis datur ei maritus. qui si non
cognouisset sacramentum. zelotipie spiritu vindicasset iniuriam.
Sexto ut remoueretur a virgine mendaci suspicio. si enim non
nupta fuisset interrogata. quomodo esset pregnans. respondisset
quia de spiritu sancto. et videretur hominibus q̄ culpa voluisset
obumbrare mendacio. Secundo ponitur sancte secunditatis
manifestatio: antequam conuenirent: sed sponsus et sponsa. In quo
attendit virginis castitatem quia ante eorum conuentionem: inuenta
est habens in utero et quod ex matre virginis cristus nasci debueit
quatuor causas beatus Augustinus assignat. Prima quia fas non erat
ut virtus per voluptatem. castitas per luxuriam. per corruptionem
in corruptio nasceretur. Secundo quia non poterat nisi nouo ordine
aduenire de celo. qui vetustus moeris destruere venerat imperium.
Tercia quia regnum debuit tenere virginis que regem genuit
castitatis. Quarto ideo dominus virginem sibi requisivit hoc
spicium. ut nobis ostenderet castam mentem eius esse habitaculum
Nota quod Hieronymus ex illo verbo sumpsit principium blasphemiam
di matrem domini. Dicit enim quod licet conceperit christum non viri semine:
tamen postea simul conuenierunt ipsa et ioseph. neque enim ut
dicitur de aliquando non conuenturis potest intelligi antequam conuenirent.
sed contra tale impietatis commentum beatus Hieronymus. prouidentissime
conscribit ostendens matrem domini cum ioseph perpetua
virginitate vixisse. Et ubi dicitur antequam conuenirent. debet
intelligi antequam conuenirent in eam habitationem et viuendi
sortium. Vel ut dicit Remigius. antequam tempus adesset quoritate
fierent solemnia nuptiarum inuenta est die: Non ab alio igitur inuenta
est nisi a ioseph qui maritali licentia omnia nouerat. in utero
habens de spiritu sancto: antequam scripsit inquit lapideas tabulas
sine filo ferreo ipse grauidauit Mariam spiritu sancto.
Et nota quod conceptum virginis tota simul trinitas est operata.
segregauit enim virtus trinitatis purissimum virginis sanguinem.
coagulauit carnem. figurauit membra infudit animam. et perfectum
hominem uniuersum verbo. non quod ante fuerit homo. et postea
verbo uniuersum. ut dixit Nestorius. sed simul facta est conceptio
et unio ut dicunt Damascenus et boetius. illa tamen conceptio
attribuitur spiritui sancto primo quidem quia amor est principium
omnis noue generationis. generatio autem christi nullo amore
creato facta est. sed efficacia et impetu diuini amoris supuenientis.

Sermo

in virginem. spūs autem sanctus amor diuinus est. Secundo qz
conceptio naturalis et membroꝝ organizatio est a virtute for
matua spūs existentis in semine. quia vero christi conceptio su
pernaturalis est. ideo supernaturalis spūs fuit artifex. Tercio
ideo spiritui sancto attribuitur quia christus sua conceptione om
nem creaturam sanctificat. Queritur quomodo verbum et vnde
viginis vterum introierit talia perscrutari valde formido. teste
mibi consuetudine quia intueor ex parte vna verbuz caro factuz
est. quod est altissimum. Ex altera vero virginis conceptū sanctis
simum inter hec duo positus. nec valeo. nec suffiuo. sed tamen
ad remouendum simplicium ignorantiā. Attende qd dico non
em̄ est credenduz qz verbū sumens carnem ex virgine ingressuz
fuerat vterum eius cum primum esset foris et mutauit locuz vt
esset vbi prius non erat. Sed etiā ante carnis assumptionē erat
in vigne quemadmodū ē in omni creatura per presentia potē
tia. et essentia. existens igitur vt prius erat. carnez assumpsit
absqz sui mutatione. sicut ego existens in cella in duo cappā. nec
propter hoc nouiter cellam ingressus sum. sed sum in ea qualiter
prius non eram sic diuinū verbū qz prius erat in virgine. sed in
conceptu fuit ibi qualiter prius non erat. Secundo cum queris
quō verbum erat in virgine respondeo non intelligas sic ipsuz
esse in ea qz non esset apud patrem in celo et in omni creatura.
nec qz pars eius in virgine pars apud patrem. sed totus erat
in virgine totus apud patrem. Vnde Origenes. Non inquit pars
viginiti venit in corpore. nec ipse se diuisit vt dimidius apud
patrem et dimidius esset in virgine. sed totus apud patrem qz
totus in virgine. totus in sinu patris totus in humano corpo
re. non relinquens superiora. venit querere terrena. que in celis
sunt conseruans. et que in terra sunt saluans. vbiqz omnipotēs
inuisus inuisus hic sanctus vngemitus deus. Sz dices quo
modo hoc esse potuit. Attende exemplum. quemadmodū enim
vna vox tota ad aures peruenit diuersoꝝ. et quemadmodū il
le color visionem sui facit in diuersis oculis. qz sicut eadem anima
tota est in diuersis partibus corporis et rursus. quemadmodū
me nunc existēte Mediolani deus sua omnipotentia posset face
re vt similiter totus essem Padue. ita diuinū verbū similiter to
tum erat in celo et in vtero virginis nulla tamen similitudinuz
ppositarū declarat sufficienter quod querim⁹. sed p̄ me due ma
gis deficiunt ad declarandā h̄modi misterii exelleuatiā. nulluz
em̄ in creatura sufficiens vestigiū reperitur.

Secunda pars.

Octauus

Quando cum dicitur Joseph autem tangitur perturbate mentis affectus dubietatis. quoniam videns Joseph virginem pregnantem mente turbatus est. et voluit illam dimittere. unde dicit Joseph autem vir eius: hinc se rus accipitur pro marito. sicut in vulgari sermone mulier accipitur pro vxore: cum esset iustus: vere iustus esse debebat. qui erat sponsus virginis: et nollet eam traducere. id est secundum glossam nollet eam palam facere. ne lapidaretur quasi adultera. vnde in greco habetur. et nollet eam appellare vel traducere. id est a domo Marie ad suam habitationem ducere. Et hoc duplex significatum huius verbi traduco. Tangit Alexander nequam dicitur. Ad tua cum dicitur sponsa traducis eandem quo ad secundum. et addit quod ad primum. Vel quod diffamat hoc et traducere signat: voluit occulte dimittere eam. Nota quod quatuor sunt cause quare voluit eam dimittere. Prima secundum Augustinum et Ambrosium. est quod videns ioseph virginem pregnantem quam de templo accepit nec cognouerat suspicatus est crimen. et noluit eam tanquam benignus accusare ne lapidaretur nec volebat eam traducere ne esset participans in crimine: viam igitur mediam elegit ut illam dimitteret. Ex quo habetur documentum ut dicit Ambrosius. quid facere debeat iustus homo cum obprobrium vxoris deprehenderit ut homicidii crimen fugienda euitet quod si castus iungeretur adultere posset iurare. Secunda causa assignat Hieronymus et Crisostomus. Non enim videtur credibile quod ioseph suspicatus fuerit crimen in virgine. cum ideo voluerit dominus virginem esse sponsatam. ut omnis mali suspitio tolleretur. sciebat enim ioseph virginis sanctitatem nec poterat de illa aliud suspicari sinistrum. tamen videns eam pregnantem credebat quod diuinum esse factum in ea. et ideo dicit Origenes. magnam in ipsa credens sacramentum esse appropinquare illi se reputabat indignum. Tercia causa red dicit Origenes. et Hilarius quia videbat ioseph virginis faciem totam rutilantem cum esset spiritu sancto grauida. et ideo metuabat se illi coniungere. sicut filii israel non poterant intendere in faciem Moysi splendidam ex consortio hominis dei ut habetur exo. 3. c. Quarta causa forte fuit. quia verecundebatur ioseph sponsam ducere pregnantem. hoc enim valde obprobriosum est etc.

Tercia pars

¶ Tercio cum dicitur. Nec autem eo cogitante. tangitur visionis angelice aspectus benignitatis. quia talia cogitante ut virginem relinqueret. mundus celestis apparet. Et in illa euangelii parte. 4. tanguntur. Prima angelica visio: hoc autem eo etc. scilicet relinque virginem in qua habet matritas et prudentia quod

Sermo

cogitabat intente quid sibi esset agendum ecce angelus domini
ille est angelus domini qui primo virginem de incarnationis mi-
sterio edocuerat. qui bene angelus domini dicitur: quia a domino
missus. et quia domini omnium misteria pertrahabat: apparuit
in somnis ei: forte post multum cogitatus et mentis anxietate
oppressus est somno. et sic visio illi angelica apparuit. Nota quod
apparuit ei dormienti ne si in vigilia appareret et putaretur esse
vir. qui astuta deceptione exulare virginem miteretur. Tercio an-
tem de causis apparuit illi angelus. ut dicit Criso Primo quidem
ne iustus homo rem iniustam faceret quam proposuerat. Secundo
propter honorem virginis. que si dimissa fuisset apud infideles
turpi suspitione non caruisset. Tertio ut intelligens ioseph sanctam
conceptionem ab illa se diligentius custodiret. Secundo ponitur con-
solatoria allocutio. Ioseph. familiariter enim eum vocat ex nomine
et generis originis exprimit dicens. fili dauid. eum esse dauid filium
ad memoriam reducit. ut recorderetur patris sui cui de christo
repromissio facta est. et nunc in coniuge sua eiusdem generis erat
impleta: noli timere: apparet quod timebat Ioseph se coniungere vir-
ginem. **¶** Nota quod proprium est bonorum spirituum timorem men-
tis expellere. contra mali spiritus semper mentem terrore terro-
re afficiunt. Et attende quod angelus ille volens virginem de incar-
nationis christi misterio edocere: prius ab illa timorem expellit
qui impedit cognitionem dicens. Ne timeas maria. sic et nunc
a sponso virginis primo timorem abicit. quatenus intelligat di-
uina secreta: accipere Mariam coniugem tuam: Raba Noli in-
quit timere accipere Mariam coniugem tuam nuptiali conuentu:
et assidua cohabitatione. non quidem accipere ad carnis debitum
¶ Nota secundum Augustinum. quod ex hoc exemplo magnifice insinuat
fidelibus coniugatis posse permanere absque actu carnis pari consensu serua-
ta continentia. potest etiam coniugium vocari non mixto corpo-
ris sexu: sed custodito mentis affectu. **¶** Tertio explicat
christi conceptio quod enim in ea natum est: duplex est natiuitas
scilicet in utero et ex utero. natiuitas in utero idem est quod ipsa con-
ceptio unde secundum gloriam. natiuitas accipitur pro conceptu de spiritu sancto
est: non virtute nature. nec operatione hominis. Querunt hii curi-
osi scrutatores quomodo sancti spiritus virtute facta fuerit conceptio christi isti ta-
les presumptuose volunt ponere in celum os suum. et non timere. quoniam perui-
tator maiestatis opprimetur a gloria. sufficit nobis quod supra dixit
euangelista. et nunc dicit angelus. quia de spiritu sancto est.
unde dicit Criso Confundantur varii inquisitores quomodo natus
est christus de spiritu sancto cum nesciant propria explicare natiuitatem

Octauus

neq; enim angelus Gabriel. neq; Matheus ap̄lius dicere potu-
erunt. nisi q̄ de spiritu sancto natus est. et tu vis linguam tuaz
sup̄ Mathē et Gabrielē erigere. vt tamen iuxta nostraz possi-
bilitatem satisfaciamus oportunitati q̄rentium. dicamus q̄ sp̄i-
tū sanctus in virgīnem superueniens segregauit purissimuz s̄a-
guinē eius. et ex illo formauit corpus christi sanctissimuz. illud
enim fecit sanctū spiritus in virgīne virtus quod facere cōsueuit
virtus seminaria et multo nobiliori modo. quoniam subito et
absq; macula diuina opatio verum p̄fecit hominez. Sed hoc exē-
plum tante puritati et sanctitati minus videtur conueniens. hēz
verum sit. ideo dico q̄ sicut primus homo diuina virtute absq;
opere nature ex purissima terra cōditus est. ita sanctū spiritus vir-
tute ex sanguine virgīnis christus formatus est. et sicut Eua ex
carne hominis: ita christus ex carne virgīnis sola diuina virtu-
te. et sicut virtute ali flos ex virgula producitur. R Sed
vlterius queritur. si christus sanctū spiritus virtute conceptus ē.
cur non dicatur filius sanctū spiritus: sicut dicatur filius virgīnis
Hanc questionem soluit ambrosius in sermone de spiritu sancto
dicens christum h̄m carnem esse filium virgīnis. et cō ex sp̄itu
sancto. filius autem est virgīnis quoniam substantiaz carnis as-
sumpsit ex carne virgīnis. non tamen est filius spiritū sancti. q̄
niam substantia carnis christi non pertinet ad substantiam sp̄i-
ritū sancti. vnde aliud est christum esse ex v̄gīne. et aliud ipsum
esse ex spiritu sancto. ex virgīne enim est quia ex substantia ei⁹
et ideo ipsius filius. ex spiritu sancto autem. quia ex virtute ei⁹.
et ideo non est ipsius filius. sicut fabricatum ab artifice non est
artificis filius. Quarto annunciat christi natiuitatez. pariet au-
tem filium: non dicit pariet tibi filium. quia non fuit christus fi-
lius Joseph: et vocabis nomen eius Ihesum. hoc nomen christi
ab eterno fuit ordinatum: a patriarchis desideratum. a prophe-
tis predicatum. ab angelo nunciatum virgīni. Joseph cōmen-
datum. christo impositum. a fidelibus veneratum. Et quare fili-
us nasciturus tali nomine sit vocandus. rationem adducit: naz
Ihesus interpretatur saluator vel salutare: res autem conuenit
nominimi. ipse enim saluum faciet populum suum. populus chri-
sti sunt credentes in illum. et predestinati in vitam eternam: de
quibus psal. Beata gens cuius est dominus deus eius popul⁹
quē elegit in hereditate sibi. populus enim alicuius principis ē
q̄ seruat leges eius. princeps autē defendit eos q̄ in regno ei⁹
vel ordinat ad illd. L. Demde ostēdit a qb⁹ saluet popu-
lū suū qz a peccat⁹ eoz. fatui s̄t iudei qm̄ expectāt xpm̄ vt soluz

Sermo

saluet eos ab hostibus visibilibus exterioribus. sed cristus est saluator qui ab omni hoste liberat. sed principaliter a peccatis. Nota qd saluat xpus a peccatis merito sue passionis velut sacrificium pro peccato. Secundo saluat per fidem in se credentium. sicut fideles amicos saluamus. Tercio per sacramenta ecclesie: sicut qui sunt in bello aliqua signa suscipiunt tunc debent pugnare: quibus visis saluantur a principibus. Et attende. quia non debet tibi videri modicum saluari a peccatis. quoniam nulla seruitus miserior quam seruire peccatis. et hoc propter vilitatem ipsorum. Vnde Hieronimus. 4. c. Leua oculos tuos indirectus. et vide vbi nunc prostrata sis id est quam viliter per peccatum deiecta sis. Item nulla seruitus diuturnior: potest enim aliquando seruus fugere dominum suum. sed peccatus sequitur fugientem. vnde Augustinus super Iohannem. Non fugit inquit seipsum mala conscientia nescit. quo eam sequitur se imo non recedit a se. Item nulla seruitus verecundior. magna enim verecundia est seruituti obligare animam nobilem peccato. Vnde Augustinus ad Romanos. ca. sexto. Quem inquit fructum habuistis in peccatis in quibus nunc erubescitis. Item nulla seruitus infeliciores. cum enim aliam seruitutem sit aliquod premium desiderabile. istius tamen nulla merces est nisi mors eterna. vnde apostolus Romanos. sexto ca. Stipendia peccati mors est. debemus igitur humiliter reuerentia talem suscipere saluatorem. cuius salutis effectus est vetustam peccati dissoluere seruitutem. et ideo hac nocte pronuntiat in capite natiuitatis eius primogenitiis omnes in terram corruimus. quoniam ad nos liberandos ille venit. qui seruo suo moysi de medio rubi in flamma apparuit. ad cuius presentiam abscondit Moyses faciem ne respiceret contra dominum. Exo. 3. c. 6.

In festo natiuitatis cristi de primo euangelio introductio Sermonis noni:

Fuit editum a cesare Augusto vt describeretur vniuersus orbis etc. Luc. 2. c. Magna debet corporalis oculus puritate mirere. si orientis velit solis inspicere claritatem. potiori igitur debet mentis oculus perspicere claritatem. si volumus illius ceteris attendere qui illuminat omnem hominem candor lucis eterne. Ad quod nos hortatur Petrus. dicens. Satis modo sit oculorum nostrorum pura acies: vt possit diuini ceteris intendere claritatem. nam si nascentis iubar solis oculorum nostrorum vix suffert sanitas. quanta mentis visus paranda est sinceritas vt splendorem sui ferre possit creata orientis a radiet auctoris. claritas igitur diuina qui